Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



7

Et musice proprietates ostendere cosonantiarum. dissonantiarum.
ac coniunctionum omnium diffinitiones describere. Tropos ordi
nare. earum voces acutas et graves suis locis determinare
et ea quæ ipsum planum musicæ causatur videntur efficere.
Secundum et melodiam musice seu ingenii ratio. Cuius est
descriptas voces cosonantes ut dissonantes proportionum me
rito et quæ autem voces mediante iuditio cognoscere et eas
esse cosonantes ut dissonantes recte iudicare. Pars ad iuncem
ordinem recte iungere et ex his dulcissimas resultantes melodias
ad maiorem accepta. Tertium est musicam mesurare cogni
tio. Cuius est diversarum plurium quæ melodiarum concordias tpe
mesurare. Modos. tpora. et prolationes probet. Notarum per
fectiones et imperfectiones cognoscere. et ipsarum alterationes in
tres modos. tpora. et prolationes distinguere. Quartum est
ipsarum melodiarum mesurate musice ordinata propotio
Cuius est omnium interse distantium terminorum rationes hæc ipsarum
serie armoniarum sub rotata prolatione proferre et omnium ge
nerum propotiones et causas rationum cognoscere. Quintum con
sideratione dignum est totius musice intelligentie speculatio.
Cuius est omnium poetorum causas primas principia ipsa usque
ad elementa cognoscere. eorum rationes reddere. pratice
musice intellectu speculativo rationes comprehendere et intellectu p
spicaci intelligentie speculo speculari. In quinque igitur par
tes. i. in libros quinque opus hoc musicum diuitur omnes